uolebat. Vigilata una nocte
facto mane accepto sarculo
terram que super sepulchrum erat
tumulum reperit effodere
Quo detecto manus ut eum
commoueret misit. Itaque
multitudo tota laborans ni-
hil prorsus per totum diem
proficit. Vigilata denique
alia nocte mane temptantes
iterum nihil omnino agere
potuerunt. Tunc conturbati
atque exterriti quid facerent
nesciebant. Dicit eis unus
ex clericis. Satis scitis quod post hoc
triduum natalis episcopatus
eius esse consueuerat. Et
forsitan in hac die se trans-
ferri uos admonet. Tunc
ieiuniis et orationibus ac iugi
psallentio die noctuque in-
sistentes triduum illud con-
tinuatione duxerunt. Quarta
autem die accedentes ponen-
tesque manus. Non ualebat
penitus mouere sepulchrum.
Pauore autem omnes exterriti
Iam in hoc stantes ut terra
uasculum quod detexerat
operiret apparuit eis ue-
neranda canicie senis in-
star niuis candore efferens
dicens se esse abbatem. Et
ait eis. Usque quo conturbatis
nimis et tardatis. Non uidetis
uestrum

dominum martinum stante
uobis iuuare paratum si
manus apponatis. Tunc
iactans pallium quo utebatur
posuit manum ad sarcopha-
gum cum reliquis sacerdotibus
crucibus paratis et cereis
Imposita quoque antiphona de-
derunt cuncti uoces psallentium
in excelso Tuncque adsens
conatum protinus sarcopha-
gum in summa leuitate com-
motum in loco ubi nunc ado-
ratur domino annuente perduxit.
Cum aduolutate sacerdotes
reposito dictis eciam missis
ut uentum est ad communicandum
requirentes sollicite senem
Nequaquam repperiunt. Sed
nec homo quidem extitit
qui eum de basilica exire ui-
disset. Credo aliqua fuisset
uirtus angelica qui et beatum
uirum se uidisse pronunciauit
et deinceps nulli comparuit.
In quo loco ex illa die multe
uirtutes facte sunt que per
negligentiam non sunt scripte.
Nos uero quantum de nostro temp-
ore aut fieri uidimus. Aut
factum certe cognouimus. Referre
nequiuimus ;:

License: CC-BY-NC – St. Gallen, Kantonsbibliothek, Vadianische Sammlung, VadSlg Ms. 70, f. 274v – Casus Sancti Galli; Vitae sanctorum (http://www.e-codices.ch/fr/vad/0070/274v)